.x. diebus. aduentum sp(irit)u s(an)c(t)i
expectasse referuntur.
quibus expletis quinqua
gensima eum die cum
gaudio susceperunt.
Et itaq(ue) per hec festiui
tatis huius numerus
euidenter impletur.
quem in ueteri quoq(ue)
testamento legimus
figuraliter adumbra
tum. in quo co(n)summa
tis ebdomadib(us) un(us)
primitiarum panis p(er)
sacerdotes d(omi)no iubeba
tur offerri. qui ueris
sime p(er) apostolorum
predicationem quae
in illo die contionati
leguntur ad populum
oblatus d(omi)no comproba
tur. uerus scilic(et) pri
mitiarum panis. qui
noue doctrine institu
tione prolatus. quin
que milibus uirorum
ex eius munere satia
tis. p(ri)mitiuum deu

dei s(an)c(t)i xpi(sti)anorum popu
lum d(omi)no consecrauit.
Et idcirco hi quoque
.x. dies. cum superiori
bus .xl. pari sollemni
tate sunt ac laetitia
celebrandi. cuius fes
tiuitatis traditio.
p(er) apostolicos uiros
ad nos usque transmissa.
eodem tenore
seruanda est. ideo nam
que in ipsis diebus nec
genua in oratione
curuantur. quia in
flexio genuum uelut
poenitentie ac luctus
indicium est. unde etiam
p(er) omnia eandem in
illis sollemnitatem.
quam die dominica
custodimus. in qua
maiores n(ost)ri nec ie
iunium agendum. nec
genu esse flectendum.
ob reuerentiam resur
rectionis dominice
tradiderunt. XXI.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. p.%2061 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/en/csg/0575/p.%2061)